

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Homo d  
cum uariis

Heu! Tristis et lacrimosa mutatio ut homo, paradisi cola, terre dominus, celi ciuis,  
domesticus Domini sabaoth, frater deorum spirituum et celestium, coheres uirtutum,  
repentina se conuersione inuenit, et propter infirmitatem iacentem in stabulo, et propter  
pecorinam similitudinem indigentem feno, et propter indomitam feritatem alligatum  
presepio, sicut scriptum est: In chamo et freno maxillas eorum constringe.

Bernardus ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

paradisi cola] paradisicola M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; frater] super C P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; coheres  
uirtutum] virtutum coheres P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; feno] ferio M; constringe] et cetera *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>  
L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>